

126. Andrea da Burgo e Martino de Salinas a Ferdinando I.¹

Bologna, 8 febbraio 1530.

...Die quinta venit posta cum litteris M^{tis} V. datis die 29 praedicti et dum extraherentur ex ziferis, quae longae et multae erant, ego Salinas portavi Casari litteras M^{tis} V. ad manus proprias qui illas legit. Ego etiam legi illa quae mihi scripta erant in lingua hispana a M^{te} V. Caesar legit integre litteras M^{tis} V. et attente etiam audivit mihi scripta et nihil aliud mihi respondit nisi quod postea intelligeret nobis scripta in latino quando essent extracta. Post autem illas litteras acceptas subito mandavit, ut cum diligentia mittatur ad providendum de necessariis pro solemnibus banchetto fiendo per S. Caes. M^{tem} in coronatione quae fiet die 24 praesentis, et ad eam vocati sunt vocandi et etiam revocati cardinales qui recesserant. Iussit etiam Caesar ut ego Andreas denuo scriberem domino Friderico ut accelleret adventum suum et etiam aliquorum Tridentinorum ad finem quem scripsit M^{tas} V^{ra}... Hodie post prandium fuimus cum Caesare ad longum et particulariter declaravimus scripta per M^{tem} V. circa singula. Audivit attente omnia et dixit M^{tem} V. etiam manu sua multa sibi scripsisse et unum punctum magis vid. quod M^{tas} V. responderat circa illud quod criptarat M^{ti} V. in genere circa coronationem quando omnino vellet ire Romam. Praeterea dixit quod nunc venit praepositus de Felwich qui retulit quod Germani non habebant gratum quod Caesar accipiet hic coronam et melius esse ire Romam. Demonstravimus credere nos, quod M^{tas} V. et d. Tridentinus respondissent posse hic accipi corona et melius esse quam ire ad perdendum tempus ad profectionem Romae et credere nos ita bene intelligere res Germaniae sicuti ipse praepositus, tamen quod M. Sua Caes. intellexerat litteras manu propria M^{tis} V. et scripta nobis et faceret ut sibi placeret. Respondit iam esse tardum ire amplius Romam et ob causas scripta a M^{te} V. nolle ire, ed hic accipiet coronam, sed post illam die prima martis recederet hinc venturus in Germaniam.

Orig. nell'Archivio domestico, di Corte e di Stato in Vienna.

127. Papa Clemente VII al duca Carlo di Savoia.²

Bologna, 24 marzo 1530.

Dil. fil. etc. Cum nuper tam cariss. in Christo filius noster Carolus V Imp. semper august. quam nob^{as} tua ac dil. in Christo filia nobilis mulier Beatrix infans Portugalliae conjux tua ipsiusque im-

¹ Cfr. sopra p. 361.

² Cfr. sopra p. 540.